



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

14. Sextus, per Digressionem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

postremo, vt odor Apronij teterrimus oris & corporis, quem (vt aiunt) ne bestia quidem ferre possent, vni isti suavis & iucundus videretur. Ille erat in tribunali proximus, in cubiculo focus, in conuiuio dominus; ac tum maximè cum accubente Prætextato prætoris filio, in conuiuio saltare nudus cœperat. Sed hæc nos copiosissimè libro vndecimo.

Sextus per digressionem.

CAPVT XV.

Superioribus est affinis, quam Græci *ῥαπί-
σασίς* appellant. Ea est, defnitore Quinti-
liano, alicuius rei, sed ad vtilitatem causa:
pertinentis, extra ordinem excurrentis tracta-
tio. Adhibetur autem vel laudandi gratia;
qualis est apud M. Tullium pro L. Cornelio
popularis illa virtutum Cn. Pompeij comme-
moratio, in quam ille diuinus orator, nam
Fabij verbis vtar, veluti nomine ipso ducis,
curius dicendi teneretur, abrupto quem in-
choauerat sermone, diuertit: aut vitupe-
randi, aut ornandi, aut delectandi, aut præ-
parandi. Sumuntur autem ex iisdem ferme
locis, quos modò retulimus, ab expositione
rerum gestarum, à descriptione locorum, re-
gionum, personarum, item à tractatione fa-
bularum, apologorum. Præterea à locis com-
munibus, quoties amplificandæ rei gratia,
in gloriam, in luxuriam, libidinem, auariti-
am, turpem amorem, tyrannidem, iram, ac
reliqua vitia dicimus, atque his, causa velut
aliquanti sper omilla, diutius immoramur:
aut contra, quoties frugalitatem, liberalita-
tem, continentiam, studia litterarum, pieta-
tem, taciturnitatem laudibus efferimus. Hi
tantum momenti habent ad copiosè dicen-
dum, vt clari aliquot authores eos ex pro-
fesso tractauerint. *ῥαπίσασίς* appellant. Sunt &
illi loci communes his non dissimiles, quo-
ties libertatis commoda ponimus ante oculos,
contra seruitutis incommoda; mutabili-
tatem fortunæ, mortis æquam omnibus ne-
cessitatem, quantum valeat pecunia in rebus
mortalium, vitæ humanæ breuitatem, atq; id
genus alia innumera describimus. Porro lon-
gius immorari licebit excursionibus, vel in in-
itio dictionis, quas habet illa Hercules Gal-
lici, apud Lucianum, & Lamiarum apud Po-
litianum descriptio; vel in fine, quo iam scissus

recreetur auditor, quemadmodum in Georg-
ferè facit Virgilius. In medio, si quando di-
gredi libebit, celerius eò redeundum, vnde
digressus sis, nisi pars causæ iam absoluta di-
gressiois anam præbebit: veluti post narra-
tam causam, quò ad securam argumenta-
tionem auditor reddatur alacrior; aut post
probationem, siue omninò post locos inam-
moniotes, quò tædium subtilitatis discutia-
tur; aut nisi res ipsa locos huiusmodi suapte
sponte offerat, qui inuitent ad diutius immo-
randum.

Nota hæc amplificationem prudenter esse
tractandam, nec temere, vbi multa & neces-
saria in proprijs argumentis suppetunt, ad al-
ia digrediendum.

Septimus, per gradationem.

CAPVT XVI.

Fit, vt, facinus est vincire ciuem Roma-
num, scelus verberare, necare, quid dicam,
in crucem tollere? Verbo satis digno tam ne-
faria res appellari nullo modo potest. Ad hoc
genus pertinet & illud, cum congestis ordine
quodam circumstantijs in contextu & cursu
semper aliquid priore maius insequitur. Hu-
ius exemplum est in secunda Ciceronis Phi-
lippica de vomitu Antonij. O rem non
modo visu scdam, sed etiam auditu. Si inter
cœnam in tuis immanibus illis poculis, hoc
tibi accidisset, quis non turpe duceret? In cæ-
tu verò populi Romani, negotium publicum
gerens, Magister equitum, cui ructare turpe
esset, is frustis esculentis, vinum redolenti-
bus, gremium suum & totum tribunal imple-
uit. Hic singula voces incrementum habent.
Etenim per se deforme fuerat, vel non in cæ-
tu vomere, in cætu etiam non populi, etiam
non Romani, vel si nullum negotium gere-
ret, vel si non publicum, vel si non magister
equitum. Hæc si quis diuidat, ac circa singulos
gradus immoretur, augebit quidem oratio-
nis copiam, tamen minus efficaciter amplifi-
cabit.

Octauus per comparationem.

CAPVT XVII.

Fit comparatio vel fictione, vel exempli
collatione. Fictione, quam *ὑπόθεσις* vocant,
vt in prima parte exempli, quò modo *ῥαπί-
σασίς* limus